1502. Ex Arch. Metr. Regni.

Cedula Oratoris Veneti, porrecta dominis Oratoribus Polonis apud Regem Hungariae existentibus.

Serenissimus rex Romanorum ostendit ad hoc similiter desiderium incredibiliter, q. cogitans Caesarea Maiestas sua de omnibus illis rebus, quae possint conferre ad materiam recordatur, quod laudat sumopere, q. debent imponi omnino opus, ut aptetur et pacificetur dux Moscoviae cum serenissimo moderno rege Poloniae, circa quem effectum non defuimus, neque desumus, et per viam Romae et per omnem alium modum, qui nobis expedire videtur, circa quod vos et laborabitis pro posse vestro, ut faciatis tam laudabile opus quod erit maximum fructum et beneficium huic Christianae expeditioni, qui revera unitis viribus dictorum duorum principum erunt maximi favoris.

Joannes Badarius doctor apud Serenissimum Hungariae Regem.

41 (42)